

32
tum aquarum audivit territus de uno
exclamat: debo passa qui? id est:
num hic transeam. Echo respon-
derat: passa qui. id est: transeas hic,
parum que absuit quin ibidem in flu-
vium magno suo cum periculo de-
scendisset, cumque saepius interroga-
ret, cognovit nihil sibi responsi da-
se prater sua propria verba, persua-
sus tandem Echo esse, gradum sistit.

Habes jam, benivole atq; sincere
Lector, quæ de Echo juvenili labore
commentari potui, confiteor sane
multa adhuc considerari potuisse,
huc maxime spectantia sed pro æ-
tate, & ingenio meo adhuc plane pu-
erili hic subsistere cogor, & humani
atq; benigni lectoris favori atq; in-
dulgentiæ me atque hoc quaecumq;
specimen meum commendo; futu-
rus nunquam immemor ejus gra-
tiæ, quam mihi fieri in-
tellexero.

5.
Q. B. V.
De
LUDIS CIRCEN-
SIBUS

Romanorum

Dissertatio

Quam
Permissu Amplissima Facultatis
Philosophica in Regia ad Emmam

Academia,

PRÆSIDE

OLAO HERMELIN,

Prof. Eloq. & Poët.

Pro solitis in philosophia honorib⁹,
publico examini
subjicit

MAGNUS GABRIEL EDENIUS

Jord: Fil.

Aō MDCXCII. d. XI. Junii.

DORPATI,

Excudit JOHANNES BRENDEKEN,
Acad. Typograph.

Summe Reverendo Amplissimoq̄
DOMINO

Mag: MATTIÆ

MSSM

Ecclesiæ Holmensium primariæ
ad ædem D. Nicolai Pastori lōnge
meritissimo, venerandiq; confi-
storii Præsidi dignissimo, Mæ-
cenati magno.

Amplissimo atq; Consultissimo
DOMINO

MICHAELI

Torne/

Consuli Holmensium

Primario,

Patrono optimo.

Quamvis ad altiora nati, quoniam ab interitu corpus vindicare nequeunt, id Soleant studere ut eterna nominum suorum memoria maneat, utq; sic etiam mortui vivant; non tamen omnibus una fama conservanda ratio placuit, ingenii varietate modi diversitatem pariente. Etenim Nero etiamnum sue tyrannidi superstes est: Herostrato incendium templi Dianæ eternam conservat infamiam. Te, Romule, tua Roma; Te, Camille amor tui in patriam; Te, Auguste, tua orbi quaesita pax, jucundiori recordatione celebrat. Cheophim & Aschim Ægyptios exstructæ ingentes saxæ moles oblivioni eximunt. Vos Patroni summi, vestra benignitas & plurimos demerendi promovendiq; ardor, & jam illustres reddit, & oilm mansurum ac firmum nominum vestrorum monumentum erexit. O grata memoria, benignitate ac clementia fundata! O modus firmandæ fame Deo acceptissimus! Macti o Patroni maximi, hoc studio estote, ac alumnos vestros fo-
vere

vere pergite, mirariq; desinite, unum eorum, tanta confidentia nomina vestra magna compellare, cui non nuda probitatis vestrae fama, sed multorum in se collatorum beneficiorum experientia animum addidit, ut hoc exiguum ingenii rudimentum, in tesseram animi semper grati ac memoris offerret. Valet.

Maximorum Vestrorum
Nominum

indefessus cultor

M. G. E.

In dissertationem
Pereximii & Doctissimi Candidati,
MAGNI GAB. EDENII,
Amici veteris dilectissimi.

Sic te, Romæ, cave dementia cæpit arenæ,
Mûnera sic toties sanguinolenta petis!
Quæ modo spectabas contorti pondera
disci,

Et pugni impactis livida membra notis;
Humanâ postis plus quàm furibunda cruore,
Exoptasq; oculis pabula dira tuis.
Seu forte excussus male cauto vector ab axe,
Purpureo crudum tingeret imbrem solum
Vilia seu stricto foderentur corpora ferro,
Plaudebas letis bellua sæva sonis.
Jam te mirabor crudelia bella sicisse,
Immunis nunquam cum toga cæde fuit?
Ecce doces, vestra qui fertur originis auctor,
Sanguine fraterno commaculasse manus.
Hæc tamè immotus spectacula scribis, Edeni,
Cui mite ingenium docta Thalia dedit.
Ipse favens etenim calamum, direxit Apollo,
Laurea cum vellet ferta parare tibi.

Festinanter cecinit

O. Hermelin.



Q. B. V. D.

Cap. I.

Vocum natales, Ludorum divisionem, eorum exhibitores, ut & Circi delineationem exponit.

§ I.

Quiritium Circenses ludos altis antiquitatum involucri implicitos, pro modulo ingenii exposituro, mihi incumbere video, derivationem vocum earum quæ in titulo adhibentur, paucis pro brevitate instituta tangere. Offerunt autem sese in fronte hujus disertatiunculæ duo præcipue vocabula, *Ludi* nimirum atque *Circensis*; quorum

A

quorum prioris originem primo enodabimus: posterioris autem suo loco reservabimus, acturi scilicet de ea, cum ad circum ventum fuerit.

§ II.

Vox haud facile ulla circa originis suae inquisitionem, adeo frequentem lexicographorum scriptorumque aliorum consensum sortitur, quam haec ipsa; *Ludum* dici a Lydo, levi permutatione literarum *u* & *y*. levem propterea adfirmare sustineo, quod fere eodem sono haec litera gaudeant efferi: quamque frequens earundem permutatio veteribus fuit, satis testimonio Aufonii Popmae (a) evincitur. Fidem quoque huic derivationi addit Coelius Rhodiginus, (b) recensendo artes quasdam ludicras inter inventa Lydorum. Nec quidquam aliud illi volunt, qui Romanos hanc artem a Lydis mutuatos adfir-

(a) 1. cap. 1. lib. de usu antiq. locut: aliud

(b) lib. 20. cap. 14. lect: antiquit:

adfirmant, quam mecum dicere, nomen etiam inde profluxisse. Varias vocabuli acceptiones significationesque huc adferre, vix operæ pretium duco, cum facile adjunctum circensis vocabulum ostendat, quid sibi hoc in negotio velit.

§ III.

Recensentur a variis varie hi Romanorum ludi, nos unica eaque vulgari contenti divisione, in *Circenses* & *Scenicos* eos dispescimus. Quod autem Rosinus (c) huic subdivisione addit: dividendo nimirum eos in *sacros*, *funebres*, *votivos* ac *ludicos*; id nos nihil hic loci morabitur. Omnes namque eos præter ludicos quosdam sacros adfirmare sustineo. *Votivi* qua de causa fiebant nisi victoriae obtinendae, aut pestis avertendae, aut urbis obsessae potiundae gratia? Qui etiam illis diis vovebantur, quorum arbitriis putabatur

A 2

(c) lib. 5. cap. 12. Rom. Antiquit.

tur hæc talia dari. Funebres quoque minime absque religionis prætextu celebrabantur; Manibus utpote Diisque inferorum sacri, quos sanguine propitiatos, iri credebatur gens cæca. Concludo itaque sacros omnino dicendos hos, quos in honorem Deorum, ac religionis nomine factos constat. *Circenses Scenecis* multo antiquiores fuisse arbitror, quippe qui ædificiis vix dum fundatis, urbeque scæminis adhuc vacua, Romam occupaverunt, Neptunoque equestri sacri erant, Livio (d) affirmante: Sceneci autem ortum suum consulum imperiis debent, indicante his verbis eodẽ: (e) *Quum vis morbi nec humanis consiliis, nec ope divina levaretur, victis superstitione animis, ludı quoque scenici, novæ res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia cælestis iræ placamina instituti dicuntur.*

(d) lib. 1. Cap. 9.

(e) lib. 7. Cap. 2.

§ IV.

Exhibitores pro magistratus diversitate mutaverunt ludi. Sub Regib⁹ reges eos adornavere, *Romulus enim primus Romanorum Rex, ludos Sabinarum raptui destinatos exhibuit: Jovi deinde Feretrio in Tarpejo instituit ludos, Tarpejos & Capitolinos dictos: post hunc Numa Pompilius Marti & Robigini fecit, dehinc Tullus Hostilius, dehinc Ancus Martius & ceteri per ordinem (f).* Ejectis autem Regibus Consulum id muneris erat indigitante Livio. (g) Creatis denique Romæ Ædilibus officium hoc etiam iis injunctum est: hi autem Ædiles triplices fuerunt, *Curules, Plebej & Cereales; Curules ludis magnis, Plebej plebejs præerant, ut testatur Livius (h) Eo anno ex quo Annibal in Italiam venisset, comitium tectum esse memoria proditum est, & ludos Romanos semel instauratos esse ab Ædilibus curulibus, Q Metello &*

A 3

C

(f) Tertullianus lib. de spectac.

(g) lib. 5. Cap. 4. (h) lib. 27. Cap. 36.

C. Servilio, & plebejs ludis biduum instauratum est, ab Q. Manlio & M. Cæcilio Metello edilibus plebis. Prætores quoque hac functione gavisi: Cicero autem factus ambitionis reus, quod præture candidatus dum esset, munus gladiatorum dedisset. Franciscus Fabricius. (i) Quin etiam Quæstores gladiatoria spectacula edere cogebantur. Svet: (k) Cæsarum autem atq; Imperatorum munificentia in faciendis ludis, locis per plurimos Tranquilli manifesta est: eratq; usu antiquitus receptum, ut quoties amplo aliquo officio quis cohonestaretur, populis ludos daret. Si quis tanta rerum penuria laborasset, ut edere non posset, conferebant ad ejus opem amici, ut patet ex Augusto, qui ter & vicies se ludos fecisse vel pro absentibus magistratibus, vel non sufficientibus confessus est. Tranquillus. (l) In Triumphis etiam a ducibus summis

(i) in Vit. Cicer: pag. mihi 157.

(k) Cap. 24. in Claud. (l) C. 43. in Aug.

mis ludi dari consueverunt. His vero qui talia publica spectacula exhibeant, summus honos a spectatoribus habitus est. Prisci moris fuit, inquit Alexand ab Alexand: (m) ut populus in theatro vel circo sepe ludicrum a principe postularet, cujus præcipuo studio teneretur: quoties princeps aut Imperator, qui perdomitis hostibus triumphasset vel popularis homo plebi percarus, ad ludos & theatrum iret, quum primum in conspectum prodiret, communi omnium plausu, & favore concionis, faustisq; acclamationibus totis theatris exciperetur: nonnunquam universus populus advenienti principi assurgere, & lacernas deponere solebat ut togati apparerent. Qui honor summis tantum ducibus, aut viris summa integritate & fide, ob merita in populum dabatur. Contra vero deformatus ignominia, aut insensus infestusq; plebi, clamoribus explodebatur ac sibilis. Prætoris edito ludi indicebantur, exemplo ludorum secularium, quibus tale

(m) lib. 6. Cap. 19. Gen: Dier:

præconium prætoris antecessit: *venite ad ludos quos non antea vidistis, nec post hac visuri estis* (n) Sveton: Insequentibus temporibus, auctoritate Justi Lipsii (o) adductus, credo ludos charta aut libello quodam indictos, haud aliter ac nunc intimari solent. Kippingius (p) verò circa ludorum publicationem aliam mentem fovere videtur: dicit enim, *Prætores mappam albam in turri mæniana, que imminebat ostio circi maximi appendisse, certissimum signum, futuros die isto ludos.* Verum in circo hac mappa signum datum, & quidem recte e mæniano; quod nihil aliud erat, quam pars ista muri prominentior ostiis superstructa, unde semper signum quadrigis mittendis dare solebant; mappa equidem candida temporibus sequioribus, sed de his infra.

§. V.

Penfitatis jam leviter iis, quæ ad prior-

(n) *Cap. 21. in Claud.* (o) *Saturn: Serm. 1. 2. c. 18.* (p) *lib. 2. c. 6. §. 7. Antiq. Rom.*

prioris vocis originem, ludorum divisionem, eorumque exhibitores pertinuisse videbantur, antequam eorum modos aggredior, loca in quibus repræsentabantur, indicare consultum duxi. Fiebant autem ludi circenses in circo, qui ita dictus vel a circuitu, quod pompa metas circumcuiet, easdemque equi circumagi necessum habuerunt: vel, ut aliis placeat, a Circe Solis venefica filia; quæ etiam horum ludorum inventricem quidam stutuunt; inventos alii ab Oenomao Eliorum rege existimant, qui oraculo monitus, se moriturum cum nupsisset ejus filia, petentibus eam, certamen hac conditione proposuit, ut interficeretur victus, victor si quis procorum exstiterit, filiam duceret uxorem. Hunc Pelops Tantalii Phrygum Regis filius equorum pernicitate vicit, filiamque expaeto abduxit, ut videre est apud Onuphrium, (q) cui pulcre accinit Ovidius: (r)

Ab

(q) *lib. 1. Cap. 3.* (r) *lib. 3. amor. Eleg. 2.*

*Ab quam pene Pelops Pifca concidit hafta,
Dum spectat vultus, Hippodamia, tuos.*

Romæ autem non unum Solummodo circum, sed vel novem vel decem extitisse planum est; quorum singula nomina recenset Rosinus (s) aliterq; Onuphrius libri primi capitibus variis. Habuit ergo prima urbis regio circum Antonii Caracallæ, falso ita nominatum, ut suis rationib⁹ contendit Onuphri⁹ (t) Circus Aureliani vel castrensis in quinta situm suum obtinuit. In sexta circus prope portam collinam Onuphrio dictus Sallustii, quod ab eo aut exstructus aut renovatus sit; in eadem regione circus Floræ cernebatur. Nonam urbis regionem circus Flaminii decorabat: decimam autem Alexandri imperatoris, qui etiam agonalis dictus. In undecima circus maximus, & circus intimus antiquiore nomine dictus circus ad murum,

(s) lib. 5. Cap. 4. Ant: Rom:

(t) lib. 1. Cap. 24. de lud:

murum, visabantur. Adduntur a Rosino circus Domitiæ, & circus Vaticanus: verum unum eundemq; & Domitiæ & Vaticani fuisse arbitror; insignitum binis illis nominibus, ob vicinitatem quam habebat & cum Vaticano & hortis Domitiæ. Hic etiam Neronis circus a Panvino (u) appellatur ea potissimum de causa, quod Neroni hujus structura Atribuitur. Horum omnium amplissimus circus maximus fuit; ita dictus vel a magnitudine ludorum, in eo fieri solitorum, vel propria mole qua cæteros superabat: Verum cum omnes eodem fere modo structos invenio, levem ejus delineationem e diversis excerptam adhibebo.

§. VI.

Versus orientem desinebat in quandam rotunditatem instar figuræ semi circuli: ac versus occidentem duobus angulis rectis finiebatur,

(u) lib. 1. Cap. 23. de lud: Circen:

tur, qua etiam parte tredecim portæ visebantur; quarum quæ media maxima fuit, reliquæ ab utroq; latere haud ita magnæ. Hæ cancellis claudi solebant, carceresq; camera intra portas sitæ appellabantur, ex quibus emittebantur equi currusq;. Ab utroq; circi latere duo Hermuli vel Mercurii imagines stabant, manibus catenam tenentes, ne carcerum valvis apertis, equi ante signum datum currerent: dato vero signo, manibus artificio quodam vel ministrorum ope elapsa est. Ducta etiam erat alba quædam linea non longe ab ostiis in utrumq; podium, quæ esset quasi regula, unde cursus certamen inirent. Juxta gradus infimos in ambitu harenæ euripus erat, latus altusq; pedes duodecim, vel ut Rosin⁹ habet decem. Fuit autem euripus fossa quædam profunda, quæ a quas continebat, ei usui destinata ut carcererent elephantés, ne Spectatoribus molestiam crearent; vel

vel ut ad eluendas circi sordes aquæ suppeterent, vel etiam ut Spectaculis crocodilorum ac delphinorum inservirent. Locus inter utrumq; podium patens arena dicebatur, quia arenâ aspergi in usum pugnantium is locus solebat, ne lubricitas sanguinis falleret certantium vestigia, neve prostratus tantum damni caperet ac si lapidem offenderet. Minio & chryso colla Spatium illud imperatores ad opum jactationem sterni curaverunt. Spina inter metas ab utraq; parte posita surgebat, quæ lateritia quædam moles fuit, latitudine duodecim, altitudine circiter quatuor pedum, longitudine totam fere circi harenam capiebat; relicto solummodo tanto spatio ab utraq; extremitate, quantum equis currentib⁹, ac quadrigis, circum agendis sat erat. Spinam ab utraq; extremitate, tres metæ in triangulo positæ terminant; quarum summitatibus ovorum figuræ impositæ, Casto-

Castori ac Polluci sacra. Circa
has metas citissimo equorum cursu
certatum est; poterantq; post cur-
sum auferri, cum venationes aut
pugnae representandae venirent.
Lignae haec cum carceribus antea
fuerunt, in quorum locum marmoreas
auratasq; collocari curavit Claudius
Sveton. (x) Obeliscus medius in spi-
na positus, qui soli dicatus, inter sa-
cra circi ornamenta censetur ma-
ximum; cuius longitudo cum basi
Onuphrio (y) teste, fuit pedum
CXXXII. figura pyramidalis, vel in-
star exurgentis radii. Totus Aegy-
ptiorum hieroglyphicis notis refer-
tus erat, rosisque circa summitatem
in sculptus, cuius in fastigio pyro-
pus ingens micansq; eminebat; inq;
eadem spina alius obeliscus lunae
sacratus visebatur, cuius & imagi-
nem vertex possidebat, ut & hic e-
jusmodi notis refertus, pedum
XXCVIII. In ambobus Spinae ter-
minis

(x) C. 21. in Claud. (y) L. 1. C. 17. de Iud.

minis stabant columellae, quibus ab
una parte septem delphini: ab alte-
ra autem septem ova imponeban-
tur. His septem illa vulgaria cur-
ricula numerare mos erat; ovorum
namq; ac delphinorum erectores,
singulo curriculo, singulum ovum
delphinumq; columellis impone-
bant. Praeterea per plurimam arae,
statuae, columnae, ut & delubra in ea-
dem lateritia mole conspiciabantur.
Versus occidentem ubi desinebat
in figuram hemicycli, amplissimum
ostium mœniano suppositum con-
spiciebatur, duoq; minora ab utroq;
latere, ut & illa mœnianiis subjecta.
A mœniano spectare nobilissimi
quique solebant, totoq; circi ambitu
sex mœniana, tria ad occidentem,
tria ad orientem eminere cerneban-
tur, figuris equorum quadrigarumq;
ornata. Subsellia primum lignea
erant, in modum scalarum ascen-
dentia, ne quis corporis objectu pro-
spectum alterius impediret. Romam
deniq;

deniq; opulentiore, lateritia primū,
marmorea deniq; structa sunt sedi-
lia: Sedendi vero molestiam to-
menta e contextis arundinibus ri-
gido lapidi superimposita levarunt.
Tres porticum ordines triplici for-
nice compositi, sustinebant gradus
& foros. (fori enim sedilia diceban-
tur) superior fornix, inferiore angus-
tior; infimus vero satis amplus. Hi
officinas cellasq; varias habebant,
per quas ad Spectandum intromit-
terentur: ascendentes porro per
certos scalarum gradus, suā quiq;
subsellia pebetant. Sedilium loca
in triginta curias distribuit Tarqui-
nius; ac unicuiq; curiæ suæ sunt tri-
butæ sedes. Claudius Senatoribus pro-
pria loca assignavit. Nero equites a
cæteris discrevit (z) Longitudo circi
maximi trium stadiorū cū dimidio
fuisse perhibetur; latitudo unius,
ambitus stadiorum octo. Ex sen-
tentia Dionysii CL. millia hominum

(y) Sueton. c. 21. in Claud. c. 11. in Neron.

cepit, vel ex Plinii CCLX. ubi Pli-
nius ejus capacitatem post amplia-
tionem respexit. Ampliavit enim
eum atq; ex integro restituit Julius
Cæsar. (a) Quem etiam sui imperii
tempore restauravit Augustus, ut
nummi ejus indicant, quorum co-
nes reperiuntur apud Onuphrium.
(b) Tandem tamen Circus hic in-
cendio consumtus, ac demum a Do-
mitiano exstructus (c). Atq; hæc de
circo leviter ac breviter, qui deline-
ationem desiderat, uberiores adeat
vastum illud Panvini opus de lu-
dis circensibus, ubi æneis tabulis
hæc omnia expressa reperiet harum
rerum curiosus indagator.

Cap. II.

Ludorum pompam, ejusq; ordi-
nem, aurigationem, Trojæ de-
cursionem, venationesq; de-
scribit.

B

§. I.

(a) Sueton. Cap: 29. in Jul. Cæs. (b) lib. 1.
Cap. 6. de lud. (c) Suet. in Domit. Cap. 5.

§. I.

Circensium die a templo Jovis Capitolini, per forum Romanum, pompa, modo quo jam indicaturi sumus, ducta est. Cohors omnium nobilium Romanorum pubertati proxima, vel quotquot per ætatem interesse poterant, præcedebat; equitum filii equis vecti; cæteri militiæ pedestris forma subsecuti; alii, centuriis, classium ordinibus manipulisq; distincti, perinde ac si ad bellum iretur, ut hac ratione advenis, robur Romanæ juventutis ostenderetur. Post hos bigæ ac quadrigæ, equi singulares ac defultorii, cum suis aurigis & agitatoribus ibant. Quartum locum athletæ trium generum obtinebant; cursores nimirum, pugiles & luctatores, nudato corpore, subligaribus tantum tectis pudendis. Tres chori saltantium quinto loco sequebantur, Virorum, imberbium, puero-
rumq;

rumq;. Hi puniceis tunicis induti; baltheis, gladiis ac parazoniis dependentibus adstricti, galeis insignibusq; cristis ornati; Singulis item choris singuli præibant, subsequentibus saltandi rationem præbentes. Sextum ordinem Satyrici tenebant, hirsutis villosisq; induti vestibus, fertas manibus gestantes, his moriones quidam præcedebant. Septimo tibicines, breves inflantes tibias, citharædiq; lyras eburneas plectentes, pompam jungebant. Octavus locus sacerdotum ministris relictus, qui thuribula, aliasq; arculas aureas & argenteas, sacras publicasve ferebant, e quibus thus ad suffitum per vias spargebatur. His nono loco reliqui sacerdotum sanctiores ministri; ut camilli & camillæ, flaminii & flaminia, adjutores haruspicum, calatores sacerdotum, pullarii, popæ, victimarii, lictores flaminum, lictores virginum vestalium aliq; similes succedebant; tau-
ros,

ros, vaccas, arietes, fues, aliasq; vit-
tatas infulatasq; hostias ad immo-
landas ducentes, aureas argenteasq;
pateras, candelabra, tripodes, secu-
res, gladios, & cætera ejusdem ge-
neris alia ad cædendas hostias ne-
cessaria gestantes. Deorum omniũ
simulachra cum suis insignibus, ut
Jupiter cum fulmine & aquila, Ne-
ptunus cum equo & tridente etc.
longo ordine loco decimo fereban-
tur, inter deorum numerum etiam
Heroes, Reges, Imperatoresq; abhi-
bebantur; quos ob egregia in terris
præstita facinora, Deorum frui con-
fortio, existimarunt. Horum o-
mnium imagines thensis, sive sa-
cris vehiculis vehebantur, vel etiam
humeris hominum gestabantur, ve-
hricula autem illa, diversis animalium
generibus trahebantur, ac a pueris
patrimis matrimisq; recta ducebantur,
quem Deorum processum Ovi-
dius (1) etiam tangit

Sed

(1) lib. 3. Amov. Eleg. 2.

*Sed jam, pompa venit, lingvis animisq;
favete,*

*Tempus adest plausus aurea pompa venit.
Primo loco fertur passis Victoria pennis:*

*Huc ades; & meus hic fac, Dea, vincat
amor.*

Plaudite Neptuno nimum qui creditis undis:

Nil mihi cum pelago: me mea terra capit.

Plaudite tuo miles Marti: nos odimus arma.

Pax juvat & media pace repertus amor.

Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adsit:

Artifices in te verte Minerva manus.

Ruricola Cereri, teneroq; adsurgite Baccho:

Pollucem pugiles Castora placet eques

Nos tibi blanda Ven⁹ puerisq; potetibus arcu

Plaudimus

Undecimo armamaxæ equis suis
trahebantur (erant autem armama-
xæ currus Perfici, quasi ex duobus
curribus compositi) rebus exorna-
ti diversis, ut aureis coronis, thora-
cibus, clypeis, exuviis & similibus,
quorum imagines ut & totius pom-
pæ ostendit Panvinus (2) tab: ænea lite-

B 3

(2) Lib. 2.

litera X notata. Duodecimo pompæ loco, collegia omnium sacerdotum, virgines vestales redimitis capitibus, manibus virgas oleaginas tenentes, procedebant. Ultimo loco pompam claudebant, Dictator cum Equitū Magistro; Consules, Magistratus consulari potestate, Tribuni militum, Censores, Prætores, Ædiles, Quæstores ærarii, cæteriꝫ omnes qui amplo aliquo officio in civitate fungebantur. Postquam autem ad circum ventum est, metas circumibant, lotis deniq; manibus, sacrificio ad tibiaram cantum, a sacerdotibus peracto, subsequencia ludorum genera peragebantur.

§. II.

Equestre certamen inter prima circensium ludicra adhiberi solitum est, quod bigis, trigis, quadrijugis, sejugis, septemjugis, decemjugis, equis singularibus defultoriisq; peragebatur.

Bigis duo saltem equi juncti, trigis tres quadrijugis quatuor & sic deinceps. Forsan quis mirabitur quomodo unus hominum tot equos regere potuerit: (qui enim decemjugo certaret, decem equos sub regimine habenarum habuisse videtur) verum fidem forsitan invenero, si auctoritate scriptoris fide dignissimi nixus, id adfirmavero, Svetonius (3) enim Neronem decemjugem agitasse testatur. Opinor autem equos funales (nam ita dicebantur constituti ab utroq; latere) alios habuisse rectores dorlis suis insidentes: quemadmodum etiam tali equo Tiberium aliquando vectum reperio de quo Sveton (4) *Currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo, cum Marcellus Octavia filius dexteriore veberetur.* Huc accedit summa assvefactio aurigarum in regendo, equorum autem in parendo. Initio ob penuriam equorum, animalia

B 4

lia

(3) Cap. 24. in Ner. (4) Cap. 6. in Tiber.

lia varii generis, currib⁹ juncta sunt.
Panvin. (5)

§. III.

Primis temporibus ac circa horum ludorum incunabula, duo solummodo currus e duobus carceribus procedebant; quorum aurigæ alius albo, alius rubeo, vestium colore induti sunt. His deniq; successu temporis opulentiaq; Romana indies accrescente, duo alii accessere prasinus nimirum, venetusq; quibus auratos purpurosq; pannos adjecit Domitianus, ut sex carceres unius lateris totidem emitterent aurigas. Nomina præter ea quæ vestium color illis dedit, utpote qui alba veste usus albus, qui rubea, rufus, etiam a numero equorum dicti sunt bigarii trigarii, quadrigarii etc. Agitatores curruum horum, non solum servi & advenæ, sed & libertini fuerunt; nec impedivit, quod ingenuo civi

(5) lib. 1. Cap. 9. De Lud. Circen.

civi illud exercitium probro duceretur, quin etiam Senatores imperio Caligulæ hanc artem exercerent. Tranquil. (6) Ventum est deniq; eo extremitatis, ut nec ipsi imperatores hoc intactum reliquerint, ad firmante eodem (7) quorum munus in ludis antea fuit signum quadrigis mittendis dare, quod ante eos fecere Consules ac deinde Prætores teste Martiale (8) his verbis:

Creata m Prætor cum vellet mittere mappam. Sed & Dictatorē quandoq; huj⁹ causa creatum a Livio (9) accipimus. Nec discrepat inquit, quin Dictator eo anno A. Cornelius fuerit: id ambigitur belline gerendi causa, an ut esset qui ludis Romanis, quia L. Plautius gravi morbo implicitus erat, signum mittendis quadrigis daret. Fiebat hoc antiquitus accensa face asserente Panvino (10) sequiori autē tempore sono inflatæ tubæ æneæ consentiente Virgilio (11) In-

(6) Cap. 18. in Calig. (7) Cap. 22. in Ner:

(8) lib. 12. Epig. 29. (9) lib. 8. Cap. 40.

(10) lib. 1. c. 14. (11) Virg. l. 5. Æneid.

*Inde, ubi clara dedit sonitum tuba, finibus
omnes*

Haud mora profluere suis.

Ut & huc spectant carmina Sidonii
Apollinaris, Panegyrico de laudibus
Civitatis Narbonæ.

Tandem murmure buccina strepentis

Suspensas tubicen vocans quadrigas.

Cui rei, fidem etiam addit Justus
Lipſius, (12) *tuba signa ludis incipiendis
terminandisq; data sunt.* Ultimo vero
mappa candida aurigandi licentia
conceſſa, qui mos ſuum initium Ne-
roni debet, indigitante Alex: ab
Alex: (13)

§. IV.

Dato jam ſigno catenaque mani-
bus Hermulorum elapſa, impetu
conciſſiſſimo equi ferebantur cir-
ca metas; qui aurigarum euripo
proximior imam, qui vero ſpinam
proximior ſummam agitare dicebatur.

A dex-

(12) *lib. 2. Cap. 20. Saturn: ſerm:*

(13) *Alex: lib. 5. Cap. 8.*

A dextro circi latere ſemper initium
aurigandi fecerunt, in gyrum deſi-
nentes ſiniſtrum. Præcipua cura
erat, circa equos flectendos vel ad
metas vertendos, ne, ſi propius fle-
cterent, impingerent in metas, cur-
ruque conſtracto, ultimum ſubirent
vitæ diſcrimen, quos naufragium
in circo feciſſe dixerunt, de quibus
Kippingius: (14) Si vero nimio ſpatio
evitaſſet metam, ſequens auriga bre-
viori via, inter metam prioremque
delatus ex poſteriore prior evaſit,
quod eripere vocabant. Non licitis
ſolum artibus palmam obtinere ni-
tebantur aurigæ, ſed & dæmoni-
acis imprecationibus, coagitorū equos
impediebant, ſuoſq; ad curſum in-
citabant in quos capitis pœna ſtatu-
tum eſſe memorat Philip: Camerar.
(15) Miſſus ſolemnes antiquitus ſin-
gulo circenſium die, viginti quin-
que fuere, quorum ultimus ærarii
nomen

(14) *lib. 2. Cap. 6. Antiquit. Rom.*

(15) *Medit. hiſtor. cent. prima. Cap. 27.*

nomen meruit, eo quod de collatione populi dabatur, sublata vero consuetudine pecuniæ conferendæ, vigesimus quartus ultimus factus, qui translata a priori appellatione ærarii nomen retinuit. Onuph. (16) Septenis curriculis missus unusquisque peragi solitus est testimonio Alexandri ab Alex: (17) a Nerone autem missus multiplicati ac in multâ noctem protracti, (18) adeo ut cum patres matresq; familiarum, loci importunitate ita clauderentur ut exire nequirent, columbas secum allatas probeq; affvefactas, cum tabellis nuntias domum remiserint, quibus quæ fieri, vel afferri volebant inscripta fuerunt. (19) Domitianus Imperator missus ad centenum numerum propagavit: curricula autem a septē ad quinq; corripuit. Tranq: (20)

Qui

(16) lib. 1. Cap. 6. de lud: (17) lib. 5. Cap. 8. Gen. dier. (18) Tranq. Cap. 22. in Ner.

(19) Lipsius lib. 2. Cap. 6. sat. serm.

(20) Cap. 4. in Domit.

Qui primus septena, dum septem, vel quina dum quinq; curricula essent absolvisset, is cæteris spretis, brabium in spina circa lunæ obeliscum depositum capiebat. Qui equis singularibus vecti sunt, duorum generum fuerunt: Quidam solummodo agitadores ministrarunt, ac appropinquantibus curribus ministros circensium secedere iusserunt: alios autem horum præmiis certasse maxima pars asserit, quamvis de ea re dubitet unus vel alter. Qui equis desultoriis insidebant, equitandi artis peritissimi fuerunt, adeo ut etiam in celerrimo cursu impetu, mira velocitate, ac cum adspectantium summa voluptate, ab uno in alterum transilierint equum; Constatve hos præmi gratia semper cursum instituisse. Quod autem Alex. ab Alexand. (21) refert, ministros cum equis desultoriis, ut missus exirent, denunciaffe, ibi haud dubie hallu-

(21) lib. 5. Cap. 8.

hallucinatur; nam id muneris ut superius monuimus alii peregerunt.

§. V.

Operæ pretium forsan esset ostendere favorem, quō in aurigas, hos ferebantur spectatores. Civitatis totius favor quasi quadripartitus erat; pars prasina, pars ruffata, venetæ alii, alique albata factioni studebant. Quatvor enim factiones plerumque extiterunt: siquidem duo Domitiani & sero advenere & cito periere. Ne autem factionis mentione quis perturbetur, ostendam usum istius vocabuli in hoc negotio; per quam nihil aliud intellexere, quam catervam illam hominum, quæ huic vel illi aurigæ addicta cernebatur, utpote quæ prasina studebat, prasina appellata est factio. Spectatorum autem quisque in suos aurigas ad insaniam usque propendebat: nec ullus certaminum tempore aut hominum conventus, aut civitatis

vitatis locus exstiterat, in quo de huiusmodi agitatoribus non disceptaretur, aut saltem fermo haberetur, magisque plausu, clamore pannique colore certatum est, quam vera virtute. Favent panno, pannum amant, proclamat Plinius, (22) & paulo infra: tanta gratia tanta auctoritas, in una vilissima tunica. Mitto apud vulgus quod vilius tunica est: sed apud quosdam graves homines, quos ego cum recordor, in re inani frigida assidua, tam insatiabiliter desiderere, capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non capiar. Ut & eorum studia scite depingit Cyprianus in libello de spectac: *Lites in coloribus, contentiones in curribus: gaudere quod equus velocior fuerit; dolere quod pigrior.* Sed non infimæ aut mediocris fortis homines solum hac contentionum litiumque peste afflicti: sed & capita columnæque reipublicæ: adeo enim venetæ addictus erat Vitellius, ut quosdam qui huic clare

(22) lib. Ep. 6.

re maledixerant, interemerit. Svet.
(23) Nec ab eo crudelitate secun-
dus Caracalla, qui exercitum im-
misit, pœnasque exegit a spectato-
ribus, qui aurigam cui studebat,
cavillati essent, de quo Alex: ab A-
lex. (24) Et quis Caligulam in thro-
no federe natum non mirabitur,
qui ita prasinæ erat addictus, ut in
stabulo cœnaret assidue & maneret.
Tantum denique incrementi hæc fa-
ctiones cepere, ut Romæ non includi
potuerint, sed orientem etiam pera-
graverint civiliaque bella exitave-
rint, ut de iis Onuphr. (25) Mortu-
is his agitatoribus, nec cineres eo-
rum honore caruerunt; tanto nam-
quæ honore ab imperatorib⁹ digna-
ti, ut marmoreis sepulcris, cum vi-
ctoriarum inscriptionibus eos deco-
raverint.

§. VI.

Ne autem prædicti missus vicissi-
tudine

(23) Cap. 14. in Vitell. (24) lib. 5. C. 8
Gen. dier. (25) lib. 1. Cap. 11. de lud. Cer.

tudine sua tædium aliquod pare-
rent, Trojæ decursio venationesq;
aliquando interjectæ sunt. Svet. (26)
qui ludus puerilis ac equestris, ab
Ænea in Sicilia ad exercitationem
filii Ascanii cæterorumq; puerorum
inventus, in Latium deniq; ab Asca-
nio perlatus est, ut indicat Virgil: (27)

*Hunc morem bos cursus, atq; hæc certamina
primus*

*Ascanius, longam murus cum cingeret albæ
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos.*

*Quo puer ipse modo, secum quo Troja pubes,
Albani docuere suos: hinc maxima porro*

*Accepit Roma, & patrium servavit honorẽ.
Trojaq; nunc, pueri Trojanum dicitur agmen.*

Huic qui præsidebat princeps juven-
tutis appellatus est; semperque u-
nus e numero filiorum primi nomi-
nis senatorum fuit, vel etiam Impe-
ratorum, exemplo Tiberii qui præ-
sidendi munus in ludis Actiacis Tra-
janisq; puer adhuc obivit; ut & Ne-
ronis.

C

(26) Cap. 18. in Culig.

(27) lib. 5. Æneid.

ronis. (29) Umbratilem hanc pugnam fuisse constat, qua pueri equis insidentes galeis, cristis, pharetris-que ornati, hastis ac sagittis armati, hinc inde discurrendo alius alium petebat, fugamque quidam instar veræ pugnae capebant, de quorum certamine canentem audiamus Poëtam: (30)

*Olli discurrere pares, atque agmina terni
Diductis solvere choris, rursusque vocati
Convertere vias infestaque tela tulere.*

*Inde alios ineunt cursus aliosque recursus
Adversis spatiis, alternosque orbibus orbem
Impediunt, pugnaeque cient simulachra sub-*
armis:

*Et nunc terga fugæ mandant; nunc spicula
vertunt*

Insensit: facta pariter nunc pace feruntur.

Nec puerorum hæc certamina solum, sed & juvenum provecioris ætatis, ut propemodum verorum bellorum species repræsentatae sint; qua-

(29) Sueton. cap. 7. cap. 5.

(30) lib. 5. Aeneid.

quarum exemplum apud Livium (31) habetur; ut & apud Tranquillū, (32) cujus verba ob breviter adhibenda ducō: *Ac nobilissime, inquit pugna divisa in duas acies: quingenis peditibus elephantis Vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis.* Domitianus autem non virorum modò, sed & sceminarum pugnas edidit (33) cujus rei mentionem etiam facit Alex: ab Alexand. (34)

§. VII.

Dixi quandoque venationes interjectas fuisse, quæ anno DII. urbis conditæ inceperunt: attamen venationes hæc in amphiteatris domibus venationibus propriis frequentiores quam in circis fuerunt, & fiebant in Deorum honorem, Sacrificio humano antegresso, nam e bestiariis quidam in ara, posita in medio areæ immolabatur. Feræ e ca-

C 2

vernīs

(31) l. 44. c. 9.

(32) c. 39. in Casar.

(33) Sp. c. 4. in Dom. (34) Ger. dier l. 6. c. 19.

vernīs subterraneis immittebantur,
ac a bestiariis, lanceis, venabulis, sa-
gittisq; armatis petebantur: Visco
etiam involvi solebant ut ex Mar-
tiale (34) patet:

*Præcepta sanguinea dū serotat ursus arenā,
Implicitam visco perdidit ille fugam.*

Homines in arenam damnati, inter-
dum artificio quodam quasi volan-
tes, & in medios ferarum rictus deci-
dentes introducebātur, Martialis (35)

*Dædale Lucano cum sic laceraris ab urso,
Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas.*

In Dædali namque persona damna-
tus ille inductus est. Fœminæ quo-
que, non masculi solum, terarum
certaminibus adhibitæ, ut ostendit
Juvenalis (36)

- - - - - *Media Tuscum*
Figat aprum, & nuda teneat venabula
mamma.

De re eadem pulchre admodum no-
ster Martialis: (37)

Belli-
(34) *l. de spect. Ep. 11. (35) Ep. 8. l. de spect.*
(36) *Sat. 1. (37) Epig. 6. de spectac.*

Belliger indictus quod Mars tibi sevit in
armis,

*Non satis est, Caesar: sevit & ipsa Venus,
Prostratum Nemees, & vasta in valle leonē,
Nobile & Herculeum fama canebat opus.
Prisca fides taceat nam post tua munera*
Caesar,

Hec jam fœminea vidimus acta manu.

Interdum nullo humano ministerio
in venationibus usi sunt, sed feras
solummodo, sibi invicem infestas,
commiserunt: nec animalium ter-
restrium solum, ut leonum rhino-
cerotum, tigridum, pardorum, ur-
forum aprorumve, sed in euripo cro-
codilorum ac delphinorum certa-
minibus sæpissime delectari placuit;
Quarum belluarum ferocitas, quam
ipsis natura concessit, quamvis ma-
gna sit, tamen ad pascendos Roma-
næ gentis avidissimos oculos non
sufficiebat: quin artificum industria
in majorem edocti sunt crudelita-
tem. Cypriani (38) super hac re
quere-

C 3
(38) *lib. de spectac.*

qnerelas audiamus. *Ad pœnam hominis fera rabida nutritur in deliciis, ut sub spectantium oculis crudelius insaniat: erudit artifex belluam, quæ clementior forte fuisset, si non illam magister crudelius sevire docuisset.* Solebant in istis spectaculis ad majorem delectationem, arboribus radicitus evulsis arenam obruere, eoque novitatis lenocinio spectatores magis intentos ad intuentum reddere, auctore Just. Lipsio. (39) Maxima autem admiratione dignum est, venationes illas interdum per continuos quinque dies durasse. ad stipulante Sveton. (40) Nec numero centenario contentos, sed quinque millia quandoque data, testimonium ejusdem evincit: (41) mirum inquam unde tanta suppetebat ferarum copia, præsertim cum crebro talia sunt exhibita munera.

Cap.

(39) *lib. 1. Cap. 16. de Amph.*

(40) *Cap. 29. in Jul. Caesar.*

(41) *Cap. 7. in Vespas.*

Cap. III.

De Cursu, Saltu, & Saltatione,
Cæstu ac Disco.

§ I.

Quaquam quinque hæc ludorum genera, scenam ac gymnasium magis quam circum redoleant, nihil minus, quam personas quæ hisce ludendi artibus instructæ fuerunt, etiam pompæ circumensium immistas deprehendo, non vana de causa factum conjicio, sed & hic earum artes efflagitatas, & vel aurigationibus vel venationibus interjectas credo. Levi itaque penicillo ludos hos, quasi circo non ita proprios adumbrare, animus est. Homines qui hanc artem profitebantur, athletæ communi nomine appellati. Qui quinque his certandi generibus congregari ausus fuit, quaquam in quibusdam succubuerit, penthatlus; qui vero palmarum

in omnibus obtinuit, pancratiastes
vocatus est. In quibusdam horum
non eodem modo ac reliquis certatum
est. Nam exutis vestibus lu-
ctari ac currere oportuit; quorum
corpora ceromate uncta, arenam as-
pergebantur. Muliebris sexus ab
his ludis submovebatur Augusti ius-
su. Sveton. Credo sexus imbecilli-
tate factum esse, ne aut affectus illi-
citi, contemplatione nudorum cor-
porum excitarentur: aut gravidæ su-
bitaneo aliquo casu territæ, noxam
oneri uteri accelerarent. Cursus
certamen in circo eadem ratione,
qua aurigæ ex carceribus circa spi-
nam, institutum est: in stadiis autem
cursu ac recurso unius stadii curri-
culum completum est, qui primus
curricula sua confecerat, propo-
situm præmium sortitus est. Ab ta-
li stadio ad curriculum vitæ nostræ
recte instituendum, Apostolus com-
parationem ducit.

§. II.

(1) Cap. 29. in Aug.

§. II.

Saltum cursui merito subnecten-
dum reor, quia utriusque pedum maxi-
me ministerio egent, nihilque aliud
cursus secundum Hieronymum Mer-
curial: est, quam saltuum continu-
atio: diciturque saltus quasi exiliens
in altum, asserente Onuph. (3) Victor
censebatur qui contractis musculis,
uno impetu spatium vel longius
vel altius confecerat: nec inficior
quam alii saltus excogitati fuissent
qui artificioso exercitacione ve ornati,
vel pedum complosione, vel tre-
mula eorundem gestulatione spe-
ctatiores in admirationem trahere
potuerunt. Sed has gestulationes
potius in ipso saltandi actu adhibi-
tas existimo, de quo lubens pauca
differerem, nisi saltationes magis ad
Scenam pertinerent: interim cum con-
stet Pyrrhicham quandoque in circo ad-
hibitam, paucis eam tangere lubet.
A Pyrrhichio quodam Strabo (4) eam
reper-

C5

(3) l. 2. c. 1. de Lud. (4) l. X. Geog. l. 3. c. 3.
antiq. rect.

reperitam denominatamq; vult: a Pyrrho autem Achillis filio Cœlius Rodig: qui etiam hanc saltationē, a Curetibus excogitatam adfirmat. Hoc saltationis genere jovem servatum esse paternosq; dentes evasisse fabulantur. Nam ne vagitu proderetur, saltando, scutaq; ac gladios collidendo, sonum flentis infantis represlerunt. Saltantium chori, ut supra audivimus, tres erant, virorum, imberbium, puerorumq; horum qui ætate prævalebant motus vehementiores bellicosq; agitate mihi pervasum habeo. Nam & hostes invadendi, ac effugiendi, sagittas aut levi flexu, aut sublimiori saltu declinandi modos, concinna imitatione saltabant pueros deniq; tenerioris ætatis cum puellis pyrrhichas saltasse ex Apuleio manifestum est. *Nam puelli ait, pulleq; virenti florentes at atula, forma conspicui, veste nudi, incessu gestuosi, græcanciam saltantes.*

pyr-

(C) Lib. 10. Met.

pyrrhicham, depositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in catena diffidium separati. Nec ab hoc discrepans Alexand: ab Alex: (6) Pueri puellæq; forma conspicui, manibus amplexi nunc in orbem, nunc in obliquum, per diversos flexus pyrrhicham saltabant, & paulo infra pyrrhicham radicem matremq; reliquarum saltationum ponit, unde illæ sequioribus temporibus quasi ex ovo pullularunt. Saltationes omnes serias Satyri ridicule imitabantur, per ludibrium eas depravantes: Nec est, ut quis credat saltandi rationem veteribus fuisse vulgarem: quin potius existimet eos multo majori industria, perfectiorique arte circa hanc rem gavisos, quam nostri ævi homines. Nam quod & nos admiramur veteres præstitere; & quo non pertingimus, illi feliciter didicere. Proinde

de

(6) lib. 6. cap. 19. Gen: dior.

de unicum veteris saltationis exemplum adferre lubet, ut inde de cæteris iudiciū ferre b. l. queat. Neronis tempestate ut Cœl. Rodig. (7) memoriæ prodit, *Saltavit celebris saltator Veneris & Martis adulterium, Vulcanum a sole commonitum, utrique struentem insidias, illos claudi artificis fabri technis, irretitos, assistentes spectaculo Deos, suffusam rubore Venerem, timidius supplicantem belli Deum etc., tam concinne ut exclamaret Demetrius spectatorum unus, videris mihi ipsis manibus loqui.* Saltator idem præsentem Rege quodam barbaro, tanto artificio saltavit, ut ille & linguæ & rerum quæ gerebantur antea ignarus nihilominus post saltationem rem ex assè nosset; qui donum denique profecturus, a Nerone ut aliquid peteret, rogatus, cuiuscunque rei desiderio tangeretur, (expectavit quidem Imperator Regem, donum suæ dignitati conveniens petiturum;) ut saltatorem illum acci-

(7) lib. 3. Cap. 3.

acciperet, flagitavit. Admiratus Imperator tam amplam optionem, in possessione unius hominis ferri, fuscitatur, cur meliora non peteret? reponit barbarus, interpretibus se deniq; facile cariturum, cum saltator & ei & cæteris omnia facile indicare posset.

§. III.

Consideravimus jam ea quæ Solum in agilitate posita erant: jam illa aggredi placet, quæ vires agilitatemq; simul poscunt. Ac Inprimis luctatoribus hæc duo necessaria iudicantur, quorum omnis rei cardo in eo vertitur, ut alter alterum in terram prosternere possit; quod non solum amplexibus mutuis aut axillarum prensionibus, quemadmodum apud nos communiter fieri videmus: sed alio maxime artificio effectui dederunt. Illi namq; vel levi brachiorum attrectatione, vel pedum comprehensione, adversarios suos in

in terram proturbarunt: adeoq; oportuit hos, artis istius quam nos **Xingarekonsten** vocamus, callentissimos fuisse, a quibus ad summum perfectionis suæ fastigium perductâ esse arbitramur & nobiscum Hieronymus Mercur. (8) Multo decentius honestiusq; is vicisse credebatur, qui prostrato in terram adversario, firmo ad huc talo steterit, quam qui simul cum luctatore suo in terram projectus est, etiamsi superior evaserit.

§. IV.

Cæstum pugna genus etiam athletarum certaminis erat, a cædendo Cæstus dicti: hi vel loris bubulis clavis plumbeis, aut ferreis innexis constabant, quibus manus certantium involvebantur, ac loris aliis connectebantur: vel ut vult Kippingius, (9) erant chirothecæ bubulo corio

(8) lib. 2. Cap. 8. art. Gymn.

(9) lib. 2. Cap. 6. Antiq. Rom.

corio confectæ, eæque ferro, ære ac plumbo graves, quæ brachiis, cubitis, ipsisque humeris, ne exciderent, alligabantur: summâq; pugnantium cura in eo consistebat, ut alter alterius ictum falleret, vel manu supposito, vel flexo aut paululum declinato corpore: quo sæpe fiebat, ut qui ictum alteri minitaretur, viribus in ventum effusis, propriâ impulsus mole, ad terram concideret. Nec statim adversario cesset victoria, quam mentem suam esse Kippingius capite nuper citato profitetur; sed & surgere, vel ab aliis allevari ipsis concessum est, ut liquet ex Virgilio. (10)

----- Et ultro
ipse gravis, graviterque ad terram pondere
vasto

Concidit. -----
Et infra.

It clamor caelo, primusque accurrit Acestes.
Æquevūq; ab humo miserans attollit amicum
At

(10) lib. 5. Æneid.

*At non tardatus casu, neq; territus heros,
Acrior ad pugnam redit & vim suscitatur ira.*
Ubi & de reliquis manifestum est,
Entellum qui paulo ante ceciderat,
palmam obtinuisse: Daretem vero
victas manus dedisse, quorum pu-
gnam; ut omnia pulchre, ita & hanc
describit Virgilius libro ante citato.
De cæstibus etiam erudita multa
concessit Hieronym. Mercur. (11)
ubi eorum icones tabulis æneis ex-
pressas habebit curios⁹ antiquitatis.

§. V.

Inter certamina athletica disci
jact⁹ ultimū sibi locū vendicat. Disc⁹
secundum mentem Hieronymi Mer-
curialis, fuit lamina quædam ferrea
faxeæ vel æneæ crassitie quatuor vel
trium digitorum, longitudine, pau-
lo plus pede, parvulum in medio
foramen habens, ut ex figuris a Hie-
ronym, Mercurial: (12) datis patet.
Quoquo modo discus emissus est,
hoc

(11) lib. 2. Cap. 9. (12) lib. 2. Cap. 12.

hoc unum studebant jaculatores, ut
in sublime missus, intra metas desti-
natas decideret: nam longius pro-
jectus, spectatoribus damno esse
poterat, instar Hyacinthi a patre in-
terfecti; in quem ludit Martialis: (13)
*Splendida cum volitent spartani pondera
disci,*

Este procul pueri, sit semel ille nocens.

Si autem remissi⁹ jaculando metam
non attingeret, & laude & præmio
frustratus jaculator; a spectatoribus
deridebatur. Convenire hunc cum
ludis sui tēporis existimat Onuphir⁹
Pan: (14) quo ludiones quæstus gra-
tia populum recreantes, orbem ro-
tundum æneum in sublimē jacula-
tum, virgâ minutissimo ejus fora-
mini immissa, excipiunt: conjectu-
ram quidem ejus improbare non
sustineo, sed suo auctori liberam re-
linquo, cum sperem neminem suc-
censere, si ludum hunc magnam, cū
isto qui in patria nostra *Stothall*
appellatur, habere affinitatem sentiā.

D

Nam

(13) lib. 14. Epig. 164. (14) lib. 2. de lud. Cir-

Nam & eodem fere modo ludicrum hoc peragi solet, jactu nimirum lapidum, vel laminarum cujuscunq; metalli, inter duas metas, quando qui primus certum vicinitatis numerum complet, victoriam ac brabium obtinet.

Cap. IV.

Gladiatoria spectacula ludorumq; commoda continet.

§. I.

OCulos in gladiatores conicere dum tentat animus meus, non potest non totus, in horrorem & admirationem rapi, cum videt Romam quondam advenarum ac exfulum asylum, in totius orbis lanienam versam esse. Unde tibi hæc sæviendi licentia in miseros captivos ac fervos? unde tanta in proprios cives effrenis potentia? vides, cum tui ipsius sepulcrum sis, te haud felix exstitisse tot innocentium bustum! Quis crederet sæpe una die millenis hominum animabus voluptati

ptati populi Romani litatum esse? nisi quam fidem immanitas minuit, auctorum unanimis consensus firmaret. Loquatur pro omnibus Lipsius, (a) qui se mendacis titulo notandum merito dicit, si non unus mensis vicenis aut tricenis hominum millibus steterit; Scireq; se pro certo affirmat, nullum bellum, nullamque cladem tantam generi humano vastitatem intulisse, ac factum est his ludis. Spectacula hæc e ludorum numero arcet Onuphrius, (β) quoniam interdum munera vocantur: sed cur eadem ratione non excluderet venationes, miror, cum & æ nihil aliud fuerant, quam imperatorum, reliquorumq; magistratum munera. Contra eum etiam pugnat commentator ejus Argolus, qui gladiatoria munera suis fultus rationibus ludos appellare sustinet. Cur autem ego illos hic loci adhibeo, ea de causa factum sciant, quod in circo hos frequenter adhibitos reperio, cujus rei testem habeo Justum Lipf. (γ)

§. 2.

(a) l. l. c. 12. (β) l. l. c. 2. (γ) l. l. c. 17. sat. serm.

§. II.

Originem eorum verborum prolixitate ostendere superse deo: sufficiat tantum scire, moris fuisse apud veteres, captivos circa summorum ducum rogos jugulare, ut hac cæde Deos manes propitios redderent. Detestati denique sævitiam illam, inter se captivos commiserere, ut penes eosdem & facinus & supplicium esset; a denique funeribus ad voluptatem translatis, non solum in ludis, sed etiam in conviviiis adhibebantur, adeo ut mensas epulasque sanguine sæpe fœdarent. Fuerunt gladiatores hi duplices, voluntarii vel coacti. Posteriores servi erant, qui in ludum aut vendebantur, aut levissimis de causis damnabantur: aut etiam captivi, qui postquam ab imperatoribus in triumphis ducti erant, lanistis aut vendi vili pretio, aut gratis donari solebant. Priores vero, voluntarii scilicet liberi erant, qui vel auctorati, id est pretio conducti, vel mala pugnandi libidine huic

huic gregi sese immiscebant: alii qui bonis suis exuti erant, desperatione eo adducti sunt: quin & Neronem sexcentos equites quadringentosque senatores ad ferrum exhibuisse scribit Svetonius: (d) qui numerus a Lipsio coroct⁹ a loco quadringentorum quadragenos, sexcentorum autem sexcenos ponit. Universus namque patrum ordo lege Augusti intra sexcentos fuit, ut citatus Lipsius (e) contendit. Fœminæ quoque ut & nani pumiliisque, huic exercitio vacabant Lipsius & Sveton: Domitiani vita.

§. III.

Liberi prædicti qui se auctorari passi, vel etiam libera voluntate lanistarum arbitriis se permisere, atroci jure jurando fidem atque obedientiam suam magistris addixerunt, se, verberari, ferroque necari velle. Interficiebantur, cum cecidissent, & ferrum jussi recipere, recusassent: item si sine convalescendi

D3

spe

(d) cap. 12. in Ner. (e) lib. 2. c. 4. sat. (erm.

spe læsi essent. Tum vitam ipsis in
spoliario abbreviarunt. Flamma
verberibusq; excepti sunt, si timidi-
us aliquando pugnarent. Tota ma-
nus quæ sub uno lanista erat, familia
dicta est. Munus lanistarum erat coe-
mere ac conquirere tales venalē san-
gvinem habentes homines, eosq; in-
formare. Nam rudibus gladiis sci-
licet ponderosioribus ligneis batue-
bant, antequam in ludis adhibiti
sunt. (?) Muneris die ordine gla-
diatores ducebantur in arenam, ac
inibi solemnī quadam pompa cir-
cumducebantur, sistebanturq; apud
muneris editorem, cui arma tradi-
dere visuro num satis acuta essent.
Ante congressum, ad spectantium
voluptatem armis præludebant, in
altum jactantes recipientesq; clype-
os, gladios, parmasq; quod proprie
ventilare dicebatur. Et statu non per-
turbari ad petitiones adversarii
gloriosum ducebatur: læsi autem
mortisq; metuentes arma submitte-
bant,

(?) *Lips. Saturn. l. 1. c. 15. Et 2. c. 23.*

bant, petentes a Spectatorib⁹ missio-
nem; quæ signo pollicis erecti da-
batur: depressio vero pollice, signum
erat, infestis eos spectatoribus dimi-
care. Sangvinem ut magis patef-
ceret eorum crudelitas, ex vulnere
adversarii bibebant. (n) Spectatores
quoq; ex hiatu vulneris calidum spi-
rantemq; sangvinem ore hauserunt,
ut loco remidii esset: quod remidi-
um ad sedandam epilepsiam, ab ho-
minibus vilissimæ sortis, in quibus-
dam locis usurpari scimus. Gladia-
tores varrii generis fuere, quæ o-
mnia singulis capitibus recenset
Lipsius: (9) quorum saltem quædam
enumerasse mihi sufficiat; ut sunt
Secutores Retiarii, Threces, Myr-
millones, Hoplomachi, Samnites,
Provocatores, Essedarii, Andabatae,
Laquearii, Meridiani etc. qui omnes
vario pugnandi genere, vestitu, or-
natu, armisq; destinguebantur. Ve-
terani, ut & novi interdum ob fa-
cinus

D 4

(n) *Hieron. Merc. l. 3. c. 4. artis Gymn.*

(9) *Lips. l. 2. c. 22. sat. ferm. (i) l. 2. sat. S.*

cinus aliquod frenum; ab editore aut etiam lanista, rude quandoq; donati sunt: quod tamen liberis salutem auctoratisq; evenire consuevit. Rudis illa fuit quasi signum Magistrarii, quo impetrato, in pristina profusus pervenere libertatem. Homines servili conditione rude cohonestati, non libertatem, sed vacationem tantum a pugna impetrarunt, factiq; sunt demceps aut lanistæ, aut loco lanistarum tirones erudiebant. Emeritis mos erat arma sua Herculi, quasi Deo horum ludorum proprio, sacra suspendere.

§. IV.

De ludis his omnibus adeo crassum iudicium, quidam svadunt non esse ferendum, quod omni omnino utilitate caruerint. Nam præter hoc, quod propitios inde Deos reddi, sibi falso persuadebant cæcæ gentes; varia etiam commoda habuere. Exemplo gladiatorum, cædis ac sanguinis assuetam reddidere juventutem, ne ista in bello adeo timeret. Venationibus

vanum de bellis conceptum terrorem militibus suis abstulerunt. Quantum commodi quantumve salutis saltus ac cursus corpori adferunt, multis ostendit experientissimus ille medicus Hieronymus Mercurialis: disci jactu jaculandi peritia acquiritur. Dicat quis discobolos hos in bello non adhibitos, ideoq; vanam circa res bellicas esse peritiam eorum: sed quis nescit pueros simiarum instar ad imitationem pronos ferri, quodq; illi in circo fecerunt, loco quocumq; illis commodo imitatos. Interim tamen non negaverim quin hæc spectandi immanitas plus malorum populo Romano attraxerit. Namq; continuis cædibus sanguinisq; effusione ebrius quasi & efferatus, arma tandem in propria viscera convertebat, cruoris voluptatem a semetipso exigens. Hinc est quod natio ista bellis civilibus collisa, ultra belluinam feritatem tot innocentium & illustrium virorum proscriptionibus i-

ræ litaret. Hinc etiam est, quod
facilis adeo ad seditiones incitaretur,
ad cædes Imperatorum ducumq;. Et
quis nescit servilia ista bella, quibus
non parum resp: fuerat concussa,
hinc exarsisse? gladiatoribus potius
quasi justo bello mori optantibus,
quam in arena oculos crudelium
spectatorum sanguine suo pascere.
Equidem Augustus nocivâ callidi-
tate Romanis usum armorum ade-
mit, otium illis & spectacula relin-
quens: mansit nihilominus diritas
animorum, postquâ justo Dei iudicio
eandem immanitatem a barbarorû
irruptionibus experta est, quam
antea in illos exercuerat.



Q. F. S. S. Q. S. N.
CONATUS PHILOSOPHICUS
EXHIBENS

VERITATEM COMMUNEM.

QVEM

Consensu & voluntate Amplissimi, in
Reg. Academia Upsal: ordinis
Philosophici;

SVB

DIRECTIONE

VIRI CELEBERRIMI

D. JOANNIS WILHELMI

Geometr. Professoris Regii

Candide Philosophantium censura
qua decet animi modestia

submitit

DANIEL BRAUNER
CALMARIENSIS

In Auditorio Vet. Majori ad d. VIII Junii
Anni M. DC. LXXXIX.

UPSALÆ

Excudit HENRICVS CVRIO S. R. M.
@ Acad. Ups. Bibliop.